



Off. 59. 4.

35

I. N. D. E. D. N. I. C.  
DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM  
**MISCELLANEARUM**  
CENTURIA Secunda,

Quam,  
CHRISTO, DOMINO, UNICO, DILECTO,  
Ecclesiam N. T. *Unicam, την Νυμφην, την Γυναικαν*  
Suam. 2. Cor. II. 2. Eph. 5. 23. 32. Apo. 19. 7. 21. 9.  
Priscis ac Novis, reciproce, Dudaimis. Cant. 2. 5. & 7, 13. 2 Cor. 2. 14.  
*Spiritus Fidei Fructibus Stipante, Cœlesti,*

*Νυμφιω Propitio,*

Sub PRÆSIDIO

**PAULI GYÖNGYÖSSI,**

S. S. Theol. *Doctoris*, ejusdemque Facultatis in Academia Regia Viadrina, post Exsilium Stuum, Professoris Ordinarii, Ecclesiæ Apostolicæ *Antique* Anglicanæ Presbyteri,

IN AUDITORIO MAIORI


Publice defendendam fuscipit

ai.

**JOHANNES MADI,**

Ungarus,

ad diem 6. Martii, Hora 10. A. D. M DCC XXVIII.



FRANCOFURTI ad VIADRUM,  
Typis Joh. CHRISTOPH. SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.

Franc. Bacon. de Verul.

Ita de Adimplectione Prophetarum, *In hac re admittenda est latitudine quæ divinis Vaticiniis est Familiaris, ut adimplectiones eorum fiant & continenter & punctualiter, referunt enim Auctoris sui Naturam. Cui unus dies tanquam mille anni, & vicissim, atque licet plenitudo & fastigium complementi eorum, plerumque aliui certæ aetati, vel etiam certo momento destinatur; attamen habent interim gradus nonnullos & scalas complementi per diversas mundi aetates.*

Athanasius.

Christi Tunica inconsutilis fuit, at Vestis Ecclesiæ Verficolor.  
Unde præcipitur, in Veste Varietas sit, scissura ne sit.

ANOPHILUS 18 088, (I. Tim. 6. 11.)

REVERENDISSIMO PRÆCLARISSIMO

JOH. ARNOLDO NOL TENIO,

S. S. Theologiæ Doctori Solidissimo, post varias  
in aliis Academis & Ecclesiis fideliter admini-  
stratas Provincias,

p. t.

AUGUSTISSIMI REGIS BORUSSIÆ

Electoralisque Berlinensis Ecclesiæ, a Sacris Cœlestis Legationis  
Angelo Zelantissimo, Fratri in Christo indulgentissimo,  
in IESU, εὐδαμονειν καὶ εὐθυητην.

Honoratissime Domine.

*Hymns transit. Vox Turturis auditur in terra nostra. Cant. 2.  
12. Prælectiones meæ, quas Tuæ Salabri confilio, in Illustrem,  
Divini Systhematis Ecclesiæ Reformatæ Hypothecam, Catechesin Pa-  
latinam, Ejusdemque cum sacris Faderibus, atque Inclytissima  
Confessione Augustana, Harmoniæ Demonstrationem, publicè vertente  
anno institueram; his fere horis finiere. Quorundam Anale-  
torum in transitu horum Collegiorum, occursum, Semina pul-  
vinis, exquisitissimæ Tuæ Bibliothecæ, (vernante sole Justitiae,  
in Hemisphærio Viadrino) committenda præsento: Rem mole  
pusillam, veluti granum Sinapis; verum tamen Pignus meæ er-  
ga te reverentia & villicationis in sacris, (quam fideli conscientia  
implere devovi) & Monumentum Apostolicæ tuæ φιλοξενίας.  
Qua me in exsilio apud vos commorantem toties recreasti; si-  
cūt alter Onesiphorus. 2. Tim. 1, 16-18. & Romæ, & Ephesi, mihi  
quietem sollicite quæstivisti & invenisti: Inveniat Domus Hono-  
rata Noltenii, Ελεον πάρα Κορία εν εκείναι τη γῆστρα. Summa votorum  
est.*

PRÆSIDIS.

Per illuſtribus, amore Veræ Religionis & Pietatis, Fide in Regem,  
Zelo in Patriam, Spectatissimis Viris.

D. JOHANNI BARTZAI, } Fratribus,  
D. LAUDISLAUDI BARTZAI, }  
Purissimæ Ecclesiæ Reformata Cassoviensis, Lilii inter spinas floren-  
tis, Curatoribus indefessis.

D. LAUDISLAUDI SOOS, } Dominis de SOOVAR,  
D. FRANCISCO SOOS, }

Fratribus, Nobilitate ingenita, florenti Fortuna, non parta,  
sed relata (ab Illustri ac Beatusimo Parente suo, Primario nuper Re-  
gni Viro, Fide & Religione integerissimo, moribus candidissimo, equi Sancti-  
que amantissimo) Splendidissimis.

D. LAVDISLAVDI SZEMERE, } Fratribus,  
D. ADAMO SZEMERE, }

Viris Spectabilibus; non tantum Titulis, & rerum Simulacris,  
sed re, & vere. I. E. Genere Virtute & Experientia Praclarissimis.  
Singulis Fautoribus, ob benigna in se officia quibusvis obse-  
quuis demerendis

D. JOHANNI TSEETSI, Insignis Gymnasii Re-  
formati S. Pasac. in Hungaria, in Divinis, Humanisque Disciplinis,  
Professori Primario Celeberrimo Primitiva hæcce Peregrinationis sua  
Academica, & observantia, erga Praceptorum nuper Colendissi-  
mum fidæ, Documenta

D. D. D.

JOH. MADI,  
Defend.



THES. I.



Uandoquidem per justitiam, bonitatem, perfectionesque Dei nulla ratione fieri potuit, quin Deus homines perfectos absque ulla labe & miseria procrearet: tum ex consideratione hominis, tum anima tum corporis, nec non intuitu hujus Universi, beneficio Luminis naturae quivis, homines lapsos esse colligere potest, eorumque miseriam pernoscere; nempe: Tempus oportere fuisse, quo homines connata felicitate absque tamen Creatoris culpa privati fuerint.

TH. II.

Memoriam certo rerum intellectualium & sensualium, si quis Hominibus, ab exordio sui, feliciorem contingere potuisse nec adfuisse dixerit, ille manifeste, Authoris Sapientissimi, Omnipotentissimique, imperfectionis: bonitatique summæ, invidie culpam tribuit.

TH. III.

Malum enim illud Universum genus humanum devastans, aut a Creatore aut a Principio Manicheorum malo, Deoque ipsis coaterno, aut ab ipsis misericordiis hominibus derivandum est, Prius vero utrumque vel cogitatu absurdum vel dictu impium est.

TH. IV.

Quamvis autem tantam malorum ternam, lapsum genus humanum misere pessundantem, a Numinе irato proficisci,

A

ex

*ex natura scito sciamus, tantum tamen abest, ut resciamus  
e natura, quo potio iratum Numen nobis reconciliemus; ut potius  
in absurdissimas, a Deo gratiam ineundi rationes Numerique  
non placantes; sed magis irritantes, ab omni ayo homi-  
nes raptos esse experientia testetur,* Mich. 6, 6. 7. 8. Rom. 1,  
25 -- 30. 2. Reg. 3, 27. C. 17, 26. 27.

TH. V.

Similis ferè ex intuitu Corporis humani, miseriae thesis  
consequitur, cum enim ratio doceat, hominem inter visibiles  
creaturas præstantissimum, Mundi visibilis ac invisibilis vinculum,  
copulam Cœli ac Terra, non solum Mundi majoris vivam epitomen.  
Sed imaginem ipsius conditoris, Divina cognitionis, justitiae, San-  
ctitatis ac perfectionis radios quasi participantem; neces-  
sariò inde concluditur, quod Deus illum, non cum tot imbecillitatibus  
corporis, in abyssum morborum demersis, hominem reli-  
quias animalibus ferè inferiorem reddentibus; sed potius etiam Cor-  
pus perfectissimum menti tam beata jungere debuerit.

TH. VI.

Impia proinde est doctrina Socini, qua statuit, *Unum illud  
peccatum ne Adami quidem corrumpendi vim habere potuisse, peccatiq;  
pœnam ut rem indifferentem esse, queque a peccatore, sine absoluta at-  
que proprio dicta satisfactione separari possit:* Vinculum enim il-  
lud, quod inter peccatum, ejusque pœnam demeritam  
intercedit, in natura fundatum est. Gen. 18, 25. Rom. 1, 32. & 2, 5.  
14. 15. & 6, 23. & 12, 19: Esa. 1, 24. Jer. 5, 29. & 9, 9. Psalm. 94, 8-11.  
95, 11. Heb. 10, 30. 31.

TH. VII.

Simul atque enim homines, semet ipsos *imagine divina*  
privaverunt, eo, etiam ipso medium nullum superfuit ipsis quo-  
modum cum Deo commercium erigendi noscerent aut habe-  
rent; expirante vero hoc commercio, nil nisi mors spiritua-  
lis & eterna captivos tenet homines, mortem tamen temporalem,  
pœnam lapsus primævi directam, non esse, neque eam a  
natura vel comminatione Gen. 2, 17. dependere; sed a re-  
conciliato jam per Mediatorem Numine ortum suum re-  
petere ex Gen. 3, 15. 16 -- 19. clarissimum est; siquidem De-  
us viventes adhuc peccatores, non disrupto mentis ac corporis vinculo,  
eterno

*eterna morti ut comminatus erat addicere potuisset, Rom. 9, 22.*

TH. VIII.

Unde concipere possumus, homines ex mortuis a Christo D. Prophetis & Apostolis ad vitam revocatos, mortuos fuisse, tandem non ad solvendum natura debitum, & peccati stipendium. Rom. 6. 23. Heb. 9. 27. Sed mortem sustimuisse pro liberrima Dei dispensatione, ut Christo & Sanctis occasio ministraretur gloriam Dei manifestandi. Joh. XI. 4.

TH. IX.

*Natura Imaginis Divina, ad quam conditus est homo Legem moralis longe transcendere, exinde facile patescit, quod Lex moralis, ad solum Commercium Generis humani inter se transigendum facit; Imago vero celestis divina, commercium cum ipso Deo Triuno conciliat,*

TH. X.

Hinc cuivis liquet, justitiam & sanctitatem Imaginis Divinae. Eph. 4. 24. non pertinere ad classem virtutum Legis moralis. Sed longe majorum virium altiorisque indaginis esse, quarum analogicas, in ipsa satisfactione & merito Christi D. accipiunt fideles. Phil. 4. 7. 2. Pet. 1, 3-8.

TH. XI.

Ex qua consideratione patet, Cur Sacra Scriptura penalem Sanctionem fundet in eminentissima, Sanctissima, justissimaque Dei natura non vero in mero duntaxat liberrima voluntatis beneplacito eaque propter Satisfactionem Christi requisita fuit, ut Deo Triuni λύτρον Sufficientissimum praestaretur, Jehova judicium ad lineam & justitiam ad perpendiculum disponente. Esa. 28. 16-18. ut quod non rapuit rependeret. Psal. 68. 5. 8. 10. 14.

TH. XII.

Poena nempe peccato proportionata esse debet, & gravitas peccati, non ex actu tantum peccaminoso, verum ex circumstantiis: Signanter, ex Majestate persona cui peccatur, derivanda est. Psal. 51. 6. omnesque peccantes Deo peccare, quod ex exemplis egenorum, quorum refocillationem Deus sibi met tribuit liquet. Prov. 14. 31. 17. 5. 19. 17. Matth. 25. 33-44. & Persecutiones, quæ ad Christum D. referuntur Act. 9. 4. 5. 26. 14. 15. Jac. 4. 11.

A 2

TH.

TH. XIII.

Verba illa, Gen. 25, 26. Jacob comprehendit manibus vertendum esse. בְּעַקְבָּעַשׂ propter calcaneum Esa, Textus Gen. 18. 28. an perditurus es בְּהַמִּשְׁנָה propter quinque & Jud. 5. 14. Moderatores בְּשֶׁבֶשׁ סָחָר propter calanum stylum Scribe & Exod. 14. 3. & Crediderunt in Iehovam & propter Mosen servum ejus, clarissime docent, atque ita phasi, propter Calcanum apprehendit Jacob Esavum & quod exinde nomen Jacobo inditum est, indigitatur. Inimicitia illa Messiam inter & Serpentem. Gen. 3. 15. Ipsum conteret tibi Caput, & tu conteres ejus calcaneum; Et per semen illud triumphans, Jacobi per Esavum Victoria, quo collineatur. Hos. 12. 4. in utero calcaneum precessit Fratris sui, & robore suo Principem se gestit cum Immanuele, (quod enim ad hanc victoriam in utero respiciatur. v. 5. patet ubi distinguitur pugna alia cum angelo, ab hoc triumpho cum Elohim. Paralellum, huic Jacobae Collisioni est, Duellum geminorum in utero Thamar, Gen. 38, 27-30. Ubi Peres Primo- genitura sua maiestatem pessimum dare volentem Zeracum, perinde manibus comprimendo repressit calcaneo, & retraxit, prout verba, quare dirupisti super te. ፲ ruptura diri- nem, nempe, Gen. 3. 15, & Genealogia Christi D. Matth. 13. Mysterium liquido docent: Ita διαστιχον. Exo. 14. 25. & 20. 16. Num. 12. 1. & 24. 21. Esa. 21. 13. Ex analogico tali, δια- propter sensu, etiam in grecis & pro proper capituri. Apo. 14. 13. Eph. 4. 1. & 3, 1-11. Col. 2. 16. Matth. 6. 7. 1. Thes. 4. 16. Joh. 3. 21.

TH. XIV.

Quod Satan, qui antea Diabolus & Draco audiit, novo nomine. Apo. 12. 10. κατηγοροῦ, Calumniator fratrum nuncupetur, eō collineatur ad Historiam Jobi. Cap. 1. & 2. Ubi Sa- tan novo stratagemate, bellum fidelibus, illud Gen. 3. 4. 5. quo Deum, non homines calumniabatur, inverso nunc ordine re- dintegritavit, cum Calumniando effect, ut job sibi a Deo ten- tationibus probandus permetteretur; quo respectu etiam Jac. 5. 11. ex tot Patribus nominanter solus in υπόδειγμα pro- ponitur.

TH. XV.

TH. XV.

Typica hac consideratione factum est, cur Deus vita Jobi, post afflictiones, 140. annos adjectit, ut afflictiones unius hebdomadis seu 7. annorum (quantum fuisse Doctores judeorum tradunt) proportione sacra, compensaret. Job. 42, 16. Rom. 8. 18. 2. Cor. 4, 17. Esa. 51, 17. Jobum que in signum Spei novi T. ultimæ ætatis fidelium, erigeret. Apo. II. 18. & 21, 4. & 22, 12. Ps. 58, 12. 97. 10. II. & II<sup>2</sup>, 49. & 149. 4. 9. Jac. 5. 9. II.

TH. XVI.

Textus Gen. 14, 20. & dedit ei decimas de omnibus & 25. 23. & major Serviet minor צְעִיר וּבָיְצָנָר a Spiritu Sancto ambigue Scripti, an nempe Abraham, an Melchisedech dedit decimas, an major vel minor Serviet; quod in se se aliquod augustum mysterium (non incertum, ut illud Apollinis, ajo te Aegida Romanos vincere posse) Fœderis gratia definitum contineat ex eo quod demum, Apostolica Interpretatione. Heb. 7, 6. Rom. 9. 12. tollendum sit, clarissimum est.

TH. XVII.

Israelem in Aegypto. 230. annis non obtulisse Deo sacrificia, ob Agyptiorum superstitionis offendit metum Exod. 8. 26. evidentissimum est, idque non sine tremendo mysterio in N. T. Isiae manifestando. Apo. XI. 8. & 21. 8. Meticolosis definito. Ezech. 20. 8.

TH. XVIII.

Filiam Aser, Virginem Zerach, Aegyptum cum Jacobo ingressam. Gen. 46. 17. tum post sesquitria Secula Superstitem, Canaannens etiam ingressam ex recensione. Num. 26, 46. clarissimum est, Unde, comminationem illam de exspiraturis omnibus in deserto. Num. 14. 22. ad Viros tantum restrictam esse evidens est; Eamque Sexus sequioris exceptionem, Promissionem illam. Gen. 13. 15. 16. 17. per Leviratus connubia. Deut. 25. 5-7. facilitandam in terra Canaan, complendamque causasse, Historia Judic. 8. 30. 10. 4. & 12, 9. 14. inculcat: in quem scopum etiam Deus, mandatum illud Draconicum Ezech. 29. 3. Pharaonis Exod. 1. 15-21. quod Pueros, non paellas necari voluit, clementissima fatorum potestate, direxit.

TH. XIX.

TH. XIX.

S. Job. fœdere illō, quod excidit cum oculis suis, & quod (postquam quod Exod. 19, 3.) consideravit de virgine. Job. 31, 1. 7. collineat, ad tentatam & præcipitam per aspectum oculorum. Gen. 3, 5. 6. Virginem. (2. Cor. 11, 2. 3.) Evam: atque nomine Fœderis, Signum illud. Exod. 13, 16. Deut 6. 9. וְתִבְרֹא indigitasse, vox, excidit inter oculos & apologia. Cap. 6. 10. quia non occultavi, eloquia Sancti liquidissime innuit (conf. Psalm. 119. 37. 1. Joh. 2. 16. Jof. 7, 21. Apo. 13, 16. & 14, 1.) ut non pudeat de confœderatione Divina.

TH. XX.

S. Paulus adhortatione, Heb. 12, 28. colamus placide Deum μετανοῶσιν εὐλαβεῖσαι, quia Deus noster est παρακαλησθον; in memoriam revocat fidelibus, Abramini cultum, Gen. 15, 17. monuitque, quamvis Deus, ut amicus agat fœdus gratia, nobiscum initurus & ob-signaturus; ut in Evangelii & Sacra-mentorum administratione facit: at tamen, in tali gloriofa sui revelatione, coram Majestate ejus sacro horrore contre-misce debemus Gen. 28, 17. Pf. 96, 9. & 2, II. 12. I. Reg. 19, 13. Esa. 6, 2. Phil. 2, 12. neque ut Agrippa & Bernice μέλα πολλὰς οὐαὶς. Act. 25, 23. Templum Ecclesiæ, ut hodie plerūque Christiani solent, adire. Jac. 2, 1-2. I. Pet. 3, 2. 3. 4. 5. I. Tim. 2, 9. 10. Jud. 6, 22. 13. 20.

TH. XXI.

Vocem קַשְׁתָּא Job. 14, 13. Utinam occultares me, Significare, inconclavi, sequentis lineæ, & absconderes me, donec aversa effet ira, tua cum Textus. Esa. 25, 21. parallelia disertè ostendit; neque enim Jobum eo dementiæ devenisse, ut abscondi in gehenna, ab ira Dei qua illuc plusquam alibi flagrat, quisquam credere possit; neque Sepulchrum mortis corporis pendequam præoptasse singi potest; Si quidem hoc וְאֵשׁ v. 14. morti corporali, e diametro clarissime opposuit. conf. Psal. 149, 5. & Joh. 14, 2. ubi vox μονη, eidem וְאֵשׁ respondebat. Job. 3, 13-22.

TH. XXII.

Balacum & Balamum, suis Incantationibus. Num. 23, 23. semen illud mulieris, Caput serpentis contritum intendisse in Israel infus-

אלחו עמו שְׁמָךְ & קְדֹשָׁה Et v. 21. phrasis illa  
Deus ejus cum eo, quod idem est ac *Immanuel*. Esa. 7, 14. & 8, 8.  
וַתִּרְאֵת כָּל־כֵּן Et elongor societatis Regis in eo. np. Cap. 24, 7. 17.  
Matth. 2, 2. & consilium illud Mich. 6, 5. *Bileam*, quo commix-  
tionem feminis sancti Israelis. Esdr. 9, 2. Neh. 3. per *idola-*  
*triam scortationis Moabitarum*. Apo. 2, 14. (quam S. Petrus 2,  
Ep. 2, 15. viam *Balam*, filii *Bosor*, idest carnis Scortationis no-  
minat) pro curabat, evidentissimum est; quippe & vene-  
ficarum hodie summum in *feminis virorum inficiendis*,  
mysterium esse ipsis *Malefiscis* in *Tribunalibus fatentibus*, no-  
tum est; Et hac via *Numinum Tatelarium* hostium evoca-  
tionem olim a Romanis usurpatam (quod *Balaci* votum  
etiam erat) Scriptores testantur, qualcm *feminis Incantati-*  
*onem*, *Jehova*. Lev. 18, 21. & 20, 2. expresse Israeli prohibuit.

TH. XXIII.

S Paulum *apologia* illa απεικαμένα τὰ κρίπτα τῆς αισχυ-  
νῆς 2. Cor. 4, 2. abdicavimus latebras pudoris, ad versutiam ser-  
pentis, & Protoplastorum, nuditates suas ficalneis  
velis in latebris Speciosissimarum paradisi arborum occul-  
tantium. Gen. 3, 1-7. Collineare, vox πανθρώπων subiecta, &  
Cap. XI, 3. in casu *Eva* repetita, & v. 14. allegoricè illustra-  
ta clarissimè innuit.

TH. XXIV.

Prout votum suum. Eph. 1, 18. πεφύλασμενοι τὸν οφθαλ-  
μόν της Διάβολος, illis *Satana* pollicitationibus. Gen. 3, 5. & ape-  
rientur oculi vestri, & eritis sicut Elohim opponere, verbum  
τῷ Θεῷ etiam. Exod. 23, 8. Job. 27, 19. Esa. 61, 1. de mentis am-  
bitionibus expositum, diserte inculcat Col. 1, 26. 27. 28.

TH. XXV.

Quemadmodum, *Regis Joakim* pertinax factum, quo  
Prophetarum libros laceravit & combusit. Jer. 36, 23. malæ & des-  
perata ipsius causa documentum fuit: non secus bestialis  
praxis Pontificiorum, qua lectionem librorum a Protestan-  
tibus, quibus cum Romanensibus, non eadem in sacris,  
sententia est, editorum prohibit atque secundum indi-  
cem ut vocant expurgatorium, Testes Veritatis crucifi-  
gunt, sublestr̄ ejus Ecclesię, fidei certissimum argumen-  
tum est.

TH. XXVI.

TH. XXVI.

Apo. 19, 2. phrasis, vindicavit sanguinem servorum suorum e-  
manu ejus np. Bestia, Cui. Apo. 17, 3. meretrix illa infidebat; ref-  
plicat ad promissionem illam Gen. 9, 5. certo sanguinem restra-  
rum animalium (Apo. 6, 9-11. 16. 5. 6.) requiram, de manu omnis  
Bestie vindicabo, שְׁלֵמָה verbum & LXX. שְׁנַתְּרוּ, significat  
inquisitionem forensi judicio peractam, cum Summo co-  
natu & studio, quali consanguineus & necessarius נִזְבָּן  
— וְרָא Vindex sanguinis persequetur, occidetur, cui  
citra appellationem forensem, supplicium summere de  
Homicida integrum erat Deut. 19, 6. Psal. 9, 1. 3. 38. 13. 34.  
11. 109. 10. Deut. 13, 14. Jud. 6, 29. Job. 5, 8. & 10, 6. & Esa. 1,  
17. 16. 15. Qualis Processus contra brutas bestias manibus de-  
stitutas nusquam locus esse potest, reflectit igitur Jehova  
hanc promissionem adversus emblematicam illam bestiam Gen.  
3, 1-15. a principio homicidam. Joh. 8, 44. 1. Joh. 3, 8. Matth. 23, 35.  
eamque iam, de omni bestiae manu Apo. 13, 18. vindictam con-  
summata Halleluja celebrat.

TH. XXVII.

Quod Deus quorundam peccata in V. T. gravissima,  
ut incestum, Lothi, adulterium & homicidium Davidis, Idololatriam  
Schelomonis, varia facinora dissimulavit Simsonis, in se ipsis  
non castigavit; aliorum autem criminis, quæ externa figu-  
ra longè fuere leviora & excusabiliora, ut Chami illusio, quæ  
irridebat Noachum ebrium, Esavi profanitas, quod esurio, Primo-  
genitaram Jacobo vendiderit, Uxoris Lothi tarditas, quod ex  
curiositate retrosperxerit, tam tremenda & in omnem po-  
steritatem horrenda exemplarique plaga punivit, factum  
est ex eo fine: quia horum peccata erant typica, ideoque aet-  
ernam condemnationem antityporum obsignabant, illorum autem  
(quia erant Typi Christi Domini) facinora, propter reflexionem  
mediationis ejus præteriebantur.

TH. XXVIII.

Phrasis, ιαδανον βελαιμυσον αιωνι. Apoc. 19, 13. colli-  
neat ad Textum Psal. 68, 24. עֲמָדָה tinges rubore pedes tuos, il-  
lumque eundem esse Heros de quo Bileam prædixerat.  
Num. 24, 17. rubefacies angulos dices (1. Sam. 14, 38.) Apo. 19, 18.  
verbum

verbum. פָּרוֹק & שְׁמַן Scopusque vaticinii diserte arguit.

TH. XXIX.

Quemadmodum habet Christus & Ecclesia. N. T. suas primitias in oblatione gentium Christum. D. recipientium, ad Gloriam Dei Patris. Rom. 15, 15. 16, 3, 30. 16, 5. Apo. 14, 4. Eph. 1, 11. 12. Jer. 2, 3. Non secus, Satanam habere suas primitias in Apostasia Ecclesie. N. T. in perditionem. Textus. Num. 24, 20. Amalec primitia gentium sed extrellum ejus ad interitum diserte innuit. nempe, Amalec ex præteritis a Deo Populis, cum Israelem sibi in Populum segregaretur. Deut. 32, 8. Exo. 19, 5. 6. Primus armis eum adortus est, hostilitatemque exercuit contra Ecclesiam Dei nationalem: quare addictus est anathemati ad exterminium memoriae. Exo. 17, 14. 19. conf. AEt. 13, 10. II. plagam Elimæ typici. 2. Thess. 2, 3. II.

TH. XXX.

Messias Unicus mediator. Vet. & Novi T. in refricata nominis sui notatione. Esa. 49, 1. Jehova inde ab utero nomine compellavit me, Matth. 16, 13. 16. Filium hominis (quo titulo. 82. vivibus in N. T. ornatur Christus D.) evisceribus matris mee memoriale fecit nomini meo: indigitat manifestationem suam primavam, semen mulieris. Gen. 3, 15. 21. 12. 49, 10. Pf. 2, 7.

TH. XXXI.

Quod respectu, Prophetia illa. Psal. 72, 17. שְׁמֵנוּ מִנְיָנִים nomen ejus Filiabitur, nacta est implementum, in istis verbis institutionis & promissionis Christi. D. Matth. 28, 19. 20. & in primo Novi T. Concilio. AEt. XI, 26. χρηματίσας τε πρωτον εν αὐτοχείᾳ τες μαθητας χριστανες; declaratumque est, quod in sacris. S. Omnia nomina Christo data, adive & passiva simul sint significationis propter mysterium Gratiae Fæd. eaque ratione, phrasis illa. Filiabitur nomen ejus, Lectoribus Sacrae S. in thesaurum Consolationum suarum convertenda est.

2. Pet. 1, 4.

TH. XXXII.

Hac ratione, Adoptionis Divinae Sacramenti, nempe Baptismatis, Natales ad diem Restitutionis Protoplastorum Gen. 3, 15. 22. referri debere, Pater Glorie Eph. 1, 17. in Baptismo Christi D. Matth. 3, 17. augustissimo proclamavit, cuius

B

Myste-

Mysterii respectu, suum in iordanē Baptismū Christus D. alterius ejusdem adhuc futuri baptismatis signum fuisse. Matt. 20, 22. Rom. 6, 3, 4. expresse docuit, eoque actu se esse illum Sanctum S. obsignatum Dan. 9, 24. indigitavit, Cujus signi cælaturam cælestem, cum. R. Alschech scrutaretur, in primo comment. Præfamine ita expressit: *Sigillum eius esse sigillum signo inclusum.* Cant. 8, 6. Hag. 2, 24. conf. Apo. 5, 1. 2. Tim. 2, 19. Rom. 4, II. 1. Cor. 9, 2.

TH. XXXIII.

Par equitum. צָמֵר פְּרִשְׁתָּה Esa. 21, 9. Classem exitii Babelis Canentes, sunt Reges ab Oriente Myticum Babeli pessimum dare advolantes Apoc. 16, 12. & 14, 8, 9. Zach. 6, 67. Esa. 44, 14, 17. Quos Israelitas futuros, Esaias. Cap. XI, 15, 16. Clarissime innuit. Et desolabit quemadmodum desolavit Iebova lingvam maris aegypti & levabit manum suam super flumen. (Targum Eufraten) in fortitudine Spiritus sui & percutiet eum in septem rivos ita ut transeant per eam calceati, v. 16. & erit via residuo Populi mei qui relinquetur ab Assyriis (ergo Euphrates innuitur) sicut fuit in die qua ascendit de terra Aegypti. (conf. Zach. 10, 10-12. Chaldeum Parap. & Esa. 14, 1-9.

TH. XXXIV.

Atque exinde. נֶרְוַה עַל מַצְפָּה Leo speculator eodem Cap. 21, v. 6-8. est Angelus illus. Apo. 10, 3. Leo. pro Tribu iuda excubans. Apo. 5, 5. Pro. 20, 2. Amos 38. Ruina Babelis Commisarius. Hos. 13, 8. Pro. 15, 3. Ps. 66, 7. itaque illis verbis v. 4, 5. Palpitavit cor meum, perterrefacit me: crepusculum desideratissimum mihi. Psal. 46, 6. disponit in trepidationem mihi: instruite mensam. Speculetur speculator comedere, bibe, surgite. O! Principes ungite scutum, collineatur ad Epulum Balthasaris typicum. Dan. 5. Qui desultoria hac mensa, (convivio Agni Nuptiali. Apo. 19, 7. opposita) cum satrapis suis insultabat spei Israelis exsulantis, ea nocte qua lurconem agebat. v. 30. animo regnoque orbatus diluculum desideriorum suorum, cum desperatione. Apoc. 6, 16, 17. nactus est. Apoc. 18, 6-9, 24. Ps. 46, 7.

TH. XXXV.

Christum. D. symbolo illō, τὸν γὰρ ὁ πατερες εὐφραγμόν εἰσασι. Joh. 6, 27. ut credatis in eum. v. 29. quem misit hoc

hoc est opus Dei, collineasse ad confessionem. Jobi. 14, 17.  
נֶצֶר פָּשָׁע ob-signata est in fasciculo apostasia mea; Et ad  
restipulationem Abigail. 1. Sam. 25, 29. in fasciculo vitarum ob-  
signata erit Colligata cum Jebova anima Domini mei. Et ad Tripu-  
dium Ecclesiæ, Cant. 1, 13. Dilectus mens fasciculus myrha; Et  
ad Dan. 9, 24. Hos. 13, 12. attendanti clarissimum est. Pa-  
ralella sunt his, quæ de eodem sigillo Dei. 2. Tim. 2, 19. Se-  
cretarius Christi Paulus contestatur.

TH. XXXVI.

S. Johannes B. exceptione illâ Matt. 3, 11. *Ipse vos baptisa-*  
*vit Spiritu & igne;* in memoriam Judæis revocat, Typicum  
illud Baptisma Schechinne. Exod. 13, 21. & 14, 19. 20. Quòd  
Israelem Columna nubis & ignis. 1. Cor. 10. expiavit, Messian-  
que eundem. Joh. 1, 26. Jam *Mysticum* istud *Baptisma*. Esa. 4,  
3. 4. 5. Zach. 2, 5. & 3, 9. inter illos administraturum esse.  
Ezech. 36, 250. 27. 1. Pet. 3, 21. Eph. 5, 26. 17. Rom. 6, 3 Matt.  
20, 22. 23. Tit. 3, 5. Act. 1, 5.

TH. XXXVII.

Apostolus. Heb. 2, 10. & 12. 2. *Respicentes ad Ducem Fidei*  
& consummatorem Jesum; collineat ad Promissionem. Esa. 53, 4.  
En Testem, Ducem, Praeceptorem Gentium dedi eum; quæ Daniel  
sic expressit. Cap. 9, 25. ad viviscandum & adificandum Messiam  
Ducem. conf. Exod. 33, 14. 2. Chr. 20, 12. Cant. 4, 9.

TH. XXXVIII.

Paradoxum illud Dialecticorum: *Idem actus vita & Mortis*  
*Lucis & tenebrarum; privationis & habitus; in justificatione,*  
*peccatoris vivificatione & mortificatione veteris & novi ho-*  
*minis.* Rom. 6, 2-5. Col. 2, 12. 13. 3. 1. & 1, 13. 22. Eph. 4, 5. Et  
in Judæis. Rom. 11, 28. esse inimicos & amicos Dei; illos. Matt.  
23, 32. implere mensuram Patrum suorum, & peccatorum simul &  
penarum, dum hodie simul & augent. & expiant sua pec-  
cata. Deut. 32, 43. Esa. 27, 9, 4, 3. 1. Thess. 2, 16. & cum sol  
justitie ortus Christianis, Judæis occubuit. Matt. 4, 2. Rom. 11,  
11. 12. & in Columna nubis & ignis. Exod. 14, 20. verissimum est. Quod  
Paradoxum afflictis Christianis, sub Mysterio Crucis militan-  
tibus. Gal. 6, 14. tanquam angustissimum: της παραλησεως  
μυτεν καινημα. Rom. 5, 3. perpetuo meditandum. Rom. 8,

36. 37. 2. Cor. 2, 14-16. & 12, 10. & 4, 4. 7. commendat Apostolus.  
conf. 1. Pet. 4, 14. Act. 6, 15. 7, 55.

Th. XXXIX.

In *Dialectica Spiritus* S. non verare illud *Porisina Latinorum*, Duo negationes faciunt unam affirmationem, Textus Joh. 8, 18. εγώ δέ οὐ πρότερος ἐγένετο δέντα. Luc. 13, 31. ἐπειδὴ μή με θύσῃς Gal. 4, 30. Οὐ γάρ μή αληθουμένων Heb. 3, 19. ὅπερ δὲ τὸ οὐδενηθεῖσαν, ἀντετέλεσθαι, qua phrasē collineat Apostolus ad illam expressionem. Exod. 34, 7. תְּמִימָה נַכְרָתִיאַיְנָה infonsē habendo, non habebit infonsē evincunt; imo triplex negatio fortissima affirmatio. Luc. 10, 19. καὶ δέντεντος δέ μή αδικηστε Matth. 24, 21. δέδεντες γένεται Marc. 14, 25. δέντεντος δέ μή πιστοί.

Th. XL.

Scripturæ sacræ esse illud Diverbium, Duo cum faciunt idem, non est idem. Duo cum loquuntur idem, non est idem. Contextus illi Psal. 91, II. 12. Matth. 2, 8-16. 4, 6. Joh. XI, 49, 50, 51, 52. & 19, 6, 23. 24. 36. 37. & 13, 18. Gen. 3, 4. 5. & 37, 22. 50, 20. & 45. 8. Esa. 10, 6, 7. Zach. XI, 12, 13. Matth. 27, 10. Apo. 13, II. Act. 8, 19. 20. & 21, 13. 26. apodicticē evincunt, Sic idem sane non est, cum & Sociniani & Protestantes, Christum D. verum, eternum Deum, propriumque Dei filium confitentur; ita idem non est, quando Pontifici & Protestantes corpus & sanguinem Christi D. verè realiterque a fidelibus recipi dicunt; exinde observare est, quod Hæretici quavis ferè ætate lingvam Orthodoxorum imitati leguntur, quā sub apparente verborum sanitate, inanes suas opiniones contegerent; non secūs (proh dolor) in Ecclesiis canuntur sāpè Psalmi & Hymni, quos vix decem ex vero sensu canunt, unde fit; ut plerique canentes in faciem Deo mentiantur. Job. 13, 7. 8. 9.

Th. XLI.

Cum verbum singulare, nomini substantivo, numero plurali additur v. gr. Gen. 35, 26. Hi sunt filii Jacobi, qui natus est ipsi Dan. 9, 24. Septuaginta hebdomades decisā est, super populum tuum. Gen. 3, 21. 22. Et induit eos & dixit Jehova, Ecce Adamfatus est, ut unus ex nobis, & expulit eum (constat enim utrosque induitos fuisse & hortō ejectos) conf. 2. Reg. 5, 13. Jer. 51, 29. tunc ibidem mysterium aliquod contemplandum esse Sp. Sancti calamus indigitat.

Th. XLII.

TH. XLII.

Exinde nomine Adam Gen. 3, 22. Ecce Adam factus ut unus ex nobis Eva quoque significatur, quippe ea quoque vestibus salutis v. 21. induita fidemque suam in salvatorem Deum suum. C. 4, 1. luculenter testata; Hujus intuitu nomine τε νόθεον. Filiorumque Gal. 14, 5. 6. filatio quoque Divinæ feminæ sexus Clarissime innuitur. conf. Cap. 3, 26-28. 2. Cor. 6, 18. Psal. 72, 17.

TH. XLIII.

S. Apostolus 2. Cor. 3, 18. voce (εξ των απωλεγομένων) πατητριώμενοι collineat, ad reflexivam facierum Moysis gloriam. Exod. 34, 29-35. eaque phrasi, corporum resuscitatorum sanctorum, ab occursu. 1. Theff. 4, 17. faciei gloriose Christi D. μεταμορφώσιν prout Mosis facies a facie Dei colloquentis. Num. 12, 8. Deut. 34, 10. a Spiritu Domini, ut per Catoptran fieri solet resplenduit, indigitat. conf. phrasim Apo. 18, 1.

TH. XLIV.

Signo filii hominis. Matth. 24, 30. in Cœlis, propter multorum ad versus illud contradictiones factas. Luc. 2, 34. tollendas & componendas, manifestando (quod est συχαιρεσία) collineatur a Christo D. ad gloriosum illud fæderale Dei convictum cum Senioribus Israelitis. Exod. 24, 10. II. in complacencia Fœderis Israeliticæ, ἀπαλλάxa exhibitum, Ezech. 1, 26. Luc. 13, 26. 27. 28. Apo. 3, 20. 21. Matth. 12, 39-41.

TH. XLV.

S. Paulus phrasi verborum. 2. Cor. 10, 4. 5. οχυρωματων λογισμων, munitiones cogitationum consiliorum collineat ad בְּנֵי Parietes cordis. Jer. 4, 19. conf. Prov. 21, 22. Eccl. 10, 17.

TH. XLVI.

Juramentum quod vergit ad interitum anime, & Cujus executio, cultum Divinum everit, estque vinculum Iniquitatis, neminem obstringere S. Davidis exemplo. II. Sam. 25, 22-23, 31-34. liquidissimum est, & S. Pauli Act. 26, 9-19.

TH. XLVII.

Cum enim turpia morali estimatione, pro impossibilibus habentur, ad ea facienda nulla occurrit obligatio, neque enim adeo male cum genere humano comparatum est; ut peccare cogatur. Deut. 30, 15. 19.

TH. XLVIII.

TH. XLVIII.

*Job Issacharis tertiogenitus. Gen. 46, 13. quod t. Chron. 7, 1. יְהוּדָה* (quod auctum Significat) nominetur, & sine praefixo internumeretur, ipsum illustrem Patriarcham Jobum fuisse significatur.

TH. XLIX.

S. Apostolus Gentium Doctor, *Institutione illa. Philip.* 2, 11. *Ut in nomine Iesu omne genu flectatur & sua praxi. Eph. 3, 14. huius gratia flecto genua mea ad Patrem D. nostri J. Christi. Act. 20, 36. externum in Ecclesia orandi corporis gestum genuflexionem, tanquam preium humilationis Christi D. augustinum, Homagiique Christiani erga Herum Regem suum Christum D. signum; Patremque non Christum D. in precibus compellandum. Eph. 1, 17, evidentissime ordinavit. conf. Esa. 45, 23. Rom. 14, 11. Psal. 95, 5. 96, 9. Deut. 9, 18. 25. 1. Reg. 8, 54. Dan. 6, 11. Esdr. 9, 5. Act. 7, 50. 9, 40. 21, 5. Neh. 9, 3.*

TH. L.

*Nechustan, 2. Reg. 18, 4. dum Ezechias destruxit; relictō memorabili typico apud posteros exemplo, ritus etiam Apostolicos & Oecumenicos, si supersticio acceperit abrogari posse diserte docuit,*

TH. LI.

*Sacerdotem, Caini & Abelis, ex voce adducendi, non offerendi, Gen. 4, 3. 4. Lev. 1, 3. & 2, 1. alium fuisse, eumque alium &tate majorem, eminentioremque præter Adamum nullum fuisse propter eximium Typum τὸ μελλοντό. Rom. 5, 14. liquidissimum est.*

TH. LII.

*Quod quotiescumque sermo est in Scriptis Mosis de sacrificio pro peccato aut reatu, semper de præterito quum peccaverit agitur. Lev. 4, 2. & 5. cap. hoc ipso inculcatur, non ordinasse Deum ut quis pro crimen admittendo hostiam offerret, & expiationem homo sibi præparet in thesaurum, quo deinceps libere peccare posset Deo jam in antecessum vicariam solutionem consecuto; quomodo Deus exsolveret hominem ab obligatione obedientiæ, quia etiam negligendæ haberet αυτιλυπον. 2. Tim. 2, 13. 1. Sam. 15, 22. exindeque liquet, indulgen-*

*dulgentias Pontificiorum, que emuntur pro futuris peccatis coram  
Deo detestandam abominationem esse. Hab. 1, 16. 1. Sam.  
15, 21. 23. Joh. II, 48. 50. 53.*

TH. LIII.

*Programma illud Jobi: Homo natus de muliere brevis dierum &  
satur Commotionum. Cap. 14, 1. non de omnibus hominibus;  
Sed de fidelibus ex prosapia seminis mulieris. Gen, 5, 15. oriun-  
dis solum effatum est; si quidem impii in bono cunsum-  
munt dies suos, & momento descendant in sepulchrum.  
Job. 21, 13. Psal. 73, 4. 5. 14. & 88, 16. Act. 14, 22. 2. Tim. 3, 12.  
prout filii Adam; quos deliciis suis Archi sapientia exhilarare  
dicit. Prov. 8, 31. tantum credentes soli cluunt. Psal. 25, 14.*

TH. LIV.

*Cum Christus D. Joh. 20, 17. Discipulos suos, non nisi  
post resurrectionem fratres suos appellavit, hac phrasí genera-  
tionem fidelium Divinam, communionemque cum divi-  
na natura. 2. Pet. 1, 4. non in *communione humanae* naturæ,  
respectu *carnalis generationis* fundari, sed in conresurectio-  
ne ex mortuis, sessioneque ad dextram Patris radicari  
clarissimè docuit. Rom. 6, 5. 8, 14. Act. 13, 32-34. 1. Pet. 1, 3,  
Gal. 3, 26. 27. 4, 6. Col. 1, 18. 3, 1. 2. quô respectu *mysterium*  
*bujus nativitatis.* S. Apostolus. Eph. 5, 30-32. ex typo *Eve*, ex  
demortui *Adami* costa ædificata. Gen. 2, 21-24. apodictice  
illustravit. Romi 8, 29. 2. Cor. 3, 18. Eph. 4, 24.*

TH. LV.

*Quemadmodum ipsum Elihu, filium Dei fuisse; præter  
nomenclationes, *Filius Baraceel, Buzites*, ex cognatione Ram;  
Eriam compellatio Dei, Pater mi. Cap. 34, 36. qua parrhe-  
fia nemo in V. T. Deum compellasse legitur; Et protestatio:  
inter nos interim constringatur, quô respectu Elihum arguen-  
tem, illico Pater Deus ex turbine exceptit. C. 38, 1. liqui-  
de probat non secus ipsum *Elizerem*. 2. Chron. 20, 37.  
præter nomina *Filius Dodau ex maresa*, eundem *Filium Dei* fu-  
isse *Angelum Fœderis*, impiam confœderationem Regum re-  
primens; effectus verborum ejus quô classis illa navium  
bellicarum confracta est. Textus. Psalmi 48, v. 4-8. cer-  
tissimo evincit.*

TH. LVI.

TH. LVI.

S. Paulus phrasí sua; desiderans reverti & cum Christo esse. Phil. 1, 32. Tempus mei reditus in patriam instat. 2. Tim. 4, 6. collineat ad desiderium illud Ezechie, revertere anima mea in requiem tuam quia Jehova retribuit tibi. Psal. 116, 7. atque ita vocem αναλυσός significare, reverti redire domum paralleli textus. Gen. 8, 22. 18-33. 22, 19. Luc. 12, 36. liquido innuunt.

TH. LVII.

Non fecus illa argue eos αποτομως. Tit. 1, 13. aurigat ad phrasin verbi וְיַהֲיֵה Esa. 66, 14. præcisæ excisione execratur inimicos. conf. Ps. 7, 12. Mal. 1, 4. intimatque illam potestatem Apostolicam. 1. Cor. 5, 5. quâ refractarios, ad præcisionem usque ab Ecclesia ferirent, tradendo eos in potestatem Sathanæ ad exitium carnis, 1. Tim. 1, 20.

TH. LVIII.

Eodem modo phrasí illa. ογκον, tumorem arrogantie, fastus omnem abscondendo abjicientes. Heb. 12, 1. vergit ad proverbium Barzillai. 2. Sam. 19, 36. נִשְׁמָר forem in tumorem fastus regis; jubetque Apostolus exui illum fastum, quô quis nimium sibi tribuens, indignas se afflictiones autumat; ut cum illis & ad eorum exemplum quôs. Cap. XI. enumeravit, pati nollet, conf. Job. 20, 6. Ezech. 24, 25. Gen. 49, 3. 1. Tim. 2, 19. & 3, 6. & 2. Tim. 4, 10. 16. 2. Chron. 32, 26.

TH. LIX.

Prouti ibidem phrasí, την ευπειρισταν αμαζηταν, designat peccatum familiare, gremiale, in deliciis, quod mentibus sub specioso quidem sed fallaci pretextu perque varia circumstantiarum lenocinia, usque adeo commendatur ut tentatum fortiter alliciat, & pra alii viuis apud eum in pretio sit, quâ via peccatum intravit in Mundum. Gen. 3, 2-5. Prov. 7, 13-23. & 9, 13-18. 2. Tim. 3, 13.

TH. LX.

His rationibus hortatur Apostolus. Eph. 5, 15. ακεραιος περιπτωτιν, semper in officio positum esse, εις τη απα ταυτην non imis aquiescere, sed ad summos omnium virtutum spiritus apices enixe contendere. Prov. 22, 29. quô id certitudinis assequamur, quod discipulis suis Christus D.

Joh. 14,

Joh. 14, 20. pollicitus est, conf. 2. Pet. 1, 10. II. I. Joh. 5, 20. 21.  
TH. LXI.

Ut ita, neque *alia quevis creatura, τις κτισμένη είρηται*; (quā phrasī indigitatur secunda nova illa creatura mali in penam. Num. 16, 30. 32. in profundo. Rom. 8, 39. Psal. 86, 13. Deut. 32, 22. Prov. 9, 18. & mors Secunda. Apo. 20, 14.) nos a dilectione Christi, divellere queat. conf. Amos. 3, 6. Psal. 73, 25-27.

TH. LXII.

Christi D. Prophetia. Matth. 7, 22. *Ἐν τῷ οὐρανῷ Δυνάσθε πόλλας επινομενες, in nomine tuo exercitus multos fecimus, Prætorianos Papæ R. milites. Fr. Dom. Jesuitas, indigitat Tex-tum. Apo. 16, 14.*

TH. LXIII.

Rex caliginis fumi מֶלֶךְ כָּלִילָה Job. 18, 14. quod sit Abba-don, Απολλούντιον ταῦτη femininum adiget eam, liquide innuit. Apo. 91, 1-11. Si quidem locuta illæ homines feminini. v. 8. diserte nominantur; quem Jehova. Job. 41, 25. Regem superfilius פָּרָשׁ Ferarum omnium elatum, nempe Pont. Ro. Cap. 28, 8. appellavit.

TH. LXIV.

Christus D. Textu suo. Luc. 6, 45. *Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bona, indigitat illud Dei, Segula. Exod. 19, 5. & ἀργυρον aurum illud Davidis. Psal. 16, 1. interprete A-postolo Col. 2, 2. 3. Tit. 3, 8-10. 2. Cor. 4, 7. Matth. 13, 52.*

TH. LXV.

S. Paulus, voce τῷ Δυνατῷ. Rom. 9, 22. 23. ex Mosis Oratione, Jehovæ & Gratia, per iod maiuscum. Num 14, 17. 19. & Ira, Psal. 90, 11. roboris thesaurum indigitat. Eph. 1, 18. 19. 2. Thef. 1, 9. atque ita, Gratia Universalis & Particularis, in Economia S-a-lutis Symmetriam ineffabilem, insinuat.

TH. LXVI.

Tessimonia illō, sanguinis in terra cum aqua. & spiritu con-spirante. I. Joh. 5, 7. indigitatur, Præceptum illud a Sp. S. per Apostolos (ultimum in sacra S. de cibis definitum) A&t. 15, 29. & 21, 25. de abstinentio ab eſu sanguinis; Ecclesia N. T. categoricē & peremptorie propter sensum mysticum obſervandum præscriptum.

C

TH. LXVII.

TH. LXVII.

Quando Apostolus. 2. Theff. 2, 12. Scribit; ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati alia evadentes et in adiutoria aquieverunt in injustitia; & eadem voce aquievere utitur, quâ Pater de sua quiete in Filio Jesu. Matth. 3, 17. usus est: innuere voluit; dari Sabatnum Spirituale etiam Apostasia. conf. 1. Reg. 21, 7. Esa. 59, 4. Jer. 6, 16. 17. Luc. 12, 19. Apo. 18, 7. & 11. 10. ita datur elatio cordis mala, sicut bona. Exod. 35, 20. 21. 1. Chr. 17, 6. Hab. 2, 4. Num. 14, 44.

TH. LXVIII.

Duplicatio verbi καὶ καὶ καὶ numeravit, numeravit. Dan. 5, 25 26. Deum & impiorum monarchiarum, & Regni Christi Domini, cursus: æque numerum annorum in vaticiniis fixorum, accurate computare & definisse, diserte innuit, conf. Dan. 9, 24-27, & XI. Apo. 10, 7. 11, 2. 15.

TH. LXIX.

Quando Spiritus S. in S. Scripturis, Judiciorum a Deo impiis interminatorum, tempora præfinita, in executione accurate observat, æquè ac in Vaticiniis bonorum promissiones continentibus definiendis & implendis. v. gr. Gen. 6, 3. & 15, 13. 16. & 18, 10. 14. Exod. 12, 4. 42. Esa. 7, 8. Jer. 25, 11. 12. & 29, 10. Dan. 5, 25. 26. & 9, 24-27. & 12, 11. 12. 13. Apo. XI, 1-17. id facit ideo; ut præcisa hæc temporum determinatio in S. Scripturis revelata, a fidelibus accurate observetur, & investigetur; ut ex eorum experimento, veritatem coelestium oraculorum tantam esse, quæ ne in minimis quidem circumstantiis deviaret, discerent, atque ex eorum Chronologia, robur & argumentum suæ fidei, spei consolationis derivarent. Dan. 9, 2. 3. 24. & 12, 10. 12. Psal. 102, 14. 19. Matth. 16, 3. Gal. 4, 4. Apo. 10, 7. Esa. 30, 26. Luc. 21, 28. 2. Pet. 3, 8. 10. Lam. 1, 21.

TH. LXX.

Edicta tribus intervallis, de Judæorum, ex captivitate Babylonica restitutione publicata, quorum Primum Cyri placidum Schema legitur. 2. Chron. 36, 22. Esdr. 1, 12. 6, 1-5. Alterum Davii. Esdr. 6, 1-12. cum severa interminatione in immo- rigeros, & execratione in adversarios Cultus Divini, munici- tum. Tertium, Artaxerxis, cum indulgentia amplissimorum

Priyile-

*Privilegiorum populi reduci largitorum illustre. Esdr. 7, 12-26. Tris augustissima Principum Christianorum publica Diplomata de egressu Ecclesia Vera ex Babele N.T. mystica facta & futura. Apo. 14, 6-9. & 18, 4. exindeque restitutionem Ecclesiaz, ad Primitivum illum Apostolicum candorem, per Reformationem morum & studiorum, non unō iectu sed per gradus siendam. Apo. 19, 1-8. clarissime prædelinearunt. Quorum meditatio animos Doctorum Ecclesiaz, desiderio perfectioris Reformationis Ecclesiaz hodie ingemiscientium erigere debet. Heb. 12, 3. 12. Gen. 49, 17. 18. 2. Sam. 23, 5. 6. Lam. 1, 21.*

#### TH. LXXI.

Gabriel. Dan. 8, 16. & 9, 21. qui sub initium instaurationis Templi Hyerosolymitani Secundi, expediente Deo, Danieli evangelium exponebat, quō *Judica Ecclesia* tunc temporis Messiam fide. Esa. 25, 9. 40, 1-9. & 64, 1. & Psal. 14, 6. 7. Apo. 12, 2. 5. conciperet, quem demum e virgine visura erat Esa. 7, 14. idem ille Gabriel fuit, qui. Luc. 1, 26. exeunte definitâ per Daniëlem. C. 9, 24-27. periodo temporis ad *Virginem MARIAM* delegatus, Messix nativitatem, ex ipsa futuram instare annunciat, atque hic fuit Spiritus Sanctus Tertia Persona S.S. Trinitatis 2. Pet. 1, 21. Apo. 1, 1. & 4, 2. Esa. 63, 10. 48, 16. Luc. 24, 49. 4, 14. 5, 17.

#### TH. LXXII.

Phrasi in Alphabeto illo Prophetico Sp. Sancti quarto. Psal. CXI. 7. *מְשִׁיחַ יְהִי אֱמֹן* factiones manuum ejus, veritas; indigitatur, *Hyeroglyphicum illud veteris Ecclesie*, quō expresserunt, *Sigilli Dei*, quod manibus imprimitur. Esth. 3, 10-12. Dan. 6, 19. Hag. 2, 23. Sculptura celaturam esse *תָּהָונָה* veritatem Conf, Psal. 89, 3. Deut. 32, 34. Cant. 4, 12. Esa. 8, 16. Dan. 12, 9. Ion. 3, 33, 6, 27. Eph. 1, 13. 2 Tim. 2, 19.

#### TH. LXXIII.

*Promissio Corona, της Δικαιοσύνης.* 2 Tim. 4, 8. Solum Doctores Ecclesiaz veræ Martyres concernit. Apo. 2, 10. 3, 11. 4, 4. Dan. 12, 3. Fil. 4, 4. Zach. 6, 14.

#### TH. LXXIV.

*Quod, Sp. Sanctus si quando semel ab aliquo recesserit irrata-*  
C 2 *ius.*

tus. Ephef. 4, 30. *nusquam amplius ad illum revertitur*: David,  
illis verbis. Psal. 51, 13. & Spiritum Sanctum tuum, ne auferas a  
me diserte innuit, ut pote intuitus exemplum Saulis. 1.  
Sam. 16. Semel a Spiritu S. deserti, non postea unquam  
visitati, conf. Heb. 6, 1-7. 1. Thess. 5, 19. 2. Tim. 3, 13. Esa.  
63, 10.

Th. LXXV.

Christus D. Apo. 22, 12. phrasí illa, *Ecco venio cito, &*  
*merces mea mecum.* (Gen. 15, 1. Psal. 58, 12. Mal. 3, 14-18. Apo.  
XI, 18. Esa. 40, 10, 62, 11.) ironice alludit ad Num. 22, 7. &  
abierunt Seniores Moabitarum, & Midianitarum, & merces divina-  
toria in manibus eorum, illuditque antetypici Bileami, mer-  
ces divinatorias, pro *Missa & Indulgencie* exigi magna pro-  
tervia solitas, Apo. 2, 14. & 13, 16-17, 2. Pet. 2, 15. Jud. v. II.  
conf. Proy. 7, 14-17. 9, 13-18. Esa. 47, 10-15.

Th. LXXVI.

Ita, S. Petrum, in illis verbis Act. 8, 20, 21. *εργοποιον, mer-*  
*ces divinatoria tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei putasti.*  
*Δια χρηματων πτοιασας.* per commutacionem pecunia licitandum; ad  
Balami proemium *Simoniacum collineasse.* ex 2. Pet. 2, 13-16. pa-  
raphrasi *κομισμενος μηδεν αδινας κ. τ. λ.* manifeste innuit.

Th. LXXVII.

Rabbae, Regis Assyriae Aulæ Minister, cum exprobrat  
fidem Israelit. Esa. 36, 7. Si vero mihi diceris, nos confidimus Iehovæ  
Deo nostro, nonne is ipse est, cuius excelsa & altaria Hizkias remo-  
vit, & dixit. Coram hoc unico altari adoretis & offeretis 2. Chr. 32,  
12, quasi vellet populo persuadere Reformatione Ecclesia De-  
um Ezechiam offendisse, quod excelsa (ipsi licet vero Deo  
sacra) abrogavit eā ratione, quod stante Templo, ibi so-  
lum sacra Deo offeri debebant Lev. 17, 2-4. Typus fuit  
Mystici Assirii, Ministrorum, qui Ecclesia Protestantum A-  
postolicam fidem, hac iniquâ impactâ quod Altare Missa & Ima-  
gines ex Templis suis eliminassent, fugillant.

Th. LXXVIII.

Psal. 68, 28. **כִּי־נָאֶת־לְךָ־דָּוִד** Ecce ibi filius dierum  
adolescens Dominator, est filius ille hominis Dan. 7, 13. ad anti-  
quum dierum relatus v. 19. & glorioso Throno instella-  
tus

tas v. 14. nempe, Ecclesia N. T. ultimi temporis, quantitate & qualitate parea adolefcens Luc. 12, 32. Deut. 32, 36. Sed jam adulta quasi, viro antiquo dierum apta est. Agnoque in Domum Thalami introducenda. Apo. 19, 7. 8. Esa. 49, 6. 13. 1. Cor. 12, 12. Gal. 3, 27.

TH. LXXIX.

Disciplinam Ecclesiasticam, circa Sacram Eucharistie mensam accedentes exercendam. Matth. 22, 13. institutam esse: atque ita, hoc in actu, Ministros Ecclesie N. T. quam Sollicitate, Serioque officium suum facere debere liquidissimum est, exemplo Dei. Gen. 3, 22. 7, 16. Num. 16, 28. 12, 14. Deut. 3, 27. Joh. 2, 15. 2. Pet. 2, 4. etiam ad hoc opus animati.

TH. LXXX.

S. Petrum Act. 3, 21. phrasin αποκατεστησε παντων ex parte Heri sui. D. J. Christi derivasse. Matth. 17, 10. II. Elias prius veniet, καὶ αποκατεστησε παντα, ea ratione ut Eliam, ante secundum, Christi D. adventum vicissim adventurum (ut anteambulo viam gloriae ad judicium redeuntis prepararet) ad objectionem enim Petri. Quomodo igitur dicunt scribae, quod Eliam prius venire oportet, respondit Elias, pro certo prius veniet & restituere omnia; quomodo enim hoc in futuro de Joanne Baptista dici poterat, cum jam tunc pridem ille decollatus fuerat v. 12. & tamen in futuro dicit, Elias primus veniet & restituere omnia nisi, hic iterum venturus sit indiget, cuivis. Mal. 4, 1. 5. 6. Serio consideranti liquidissimum est.

TH. LXXXI.

Phrasit, ultima hora, seu tempus & finis omnium instat, non finem Mundi, sed finem statutus Populi & Ecclesie Judaicæ significari. Textus Dan. 9, 26. 1. Pet. 4, 7. Luc. 21, 9. 29. Matth. 24, II. 14-36. Marc. 13, 32-33. 2. Theff. 2, 2. 2. Pet. 3, 10. I. Joh. 2, 18. disertè evincunt, Baronium proinde in Ann. 57, §. 26. Ann. 82. §. 3. dum Apostolos, deceptos erat ait, ex illis locit S. S. quasi corum ætate Mundus finiretur; in signiter blasphemum esse liquidum est.

TH. LXXXII.

Accentum Hebraicorum in Sacris S. illustrandis Iuridam levissi-

levissimamque esse Crisn. Textus Psal. 24, 4. & 25, 7. Jof. 1,  
4. Exod. 20, 23. Dan. 9, 25. certissime docent, in quibus  
*Athnach*, non sententias diversas sejungere, sed s̄apius  
ibi pingi, ubi Cicero in latinis ne Comma quidem interfe-  
ruisset; imo ibi poni, ubi omitti, & omitti ubi poni debuerat.

Th. LXXXIII.

Versionibus Sacra S. neminem alligari, quando ex a  
Textu primigenio discedunt, S. Paulus suō exemplō Rom. XI.  
35. diserte monuit, cum verba illa apud Jobum 41, 12 pror-  
fus neglecta LXX. versione Græca, ex Hebreo expressit  
καὶ τὸ ἀρχέδονυ αὐτῷ διῆσπερθεσταί αὐτῷ, Aut quis prior de-  
dit ipsi, & reddetur illi. Cum autem ad Hebreos scribens. Cap.  
8, 9. Καὶ ἐμέλησα αὐτῷ ex Jer. 31, 32. Crisn Apostolicā Autho-  
ritate exercuit, loco נָעַלְתִּי בְּנֵי dominatus sum eis,  
neglexi eos, restituit non S. Paulum ex LXX. sed  
Editores LXX. Interpretum ex Paulo emendasse verosimile  
est, quamvis hanc crisn Apostoli, non semper observarunt E-  
mendatores ex Rom. 10, 19. clarissimum est, ubi Textum &  
Moses & LXX. habent, ego ad zelum provocabo eos. Sed Paulus citat  
nos.

Th. LXXXIV.

S. Paulus, phrasin, αἰώνιαν λύτρωσιν εὐφραντεύς Heb. 9,  
12. defumpsit ex Intercesione illa Angelī Fæderis Job. 33, 24.  
Inveni lytron propitiatorum, conf. Rom. 2, 25. Heb.  
2, 17. 1. Joh. 2, 2, 1. Pet. 1, 18. 19.

Th. LXXXV.

Christus D. Ut se fuisse & esse illum *Jehovam*, quem  
*Micheas* Throno insidentem viderat. 2. Chr. 18, 18. demonstraret;  
affectus commiserationum suarum declarationem erga *Israelem*,  
iisdem verbis. Matth. 9, 36. expressit quibus *Micheas* v. 16.  
*Jehovam* ipsum Christum denunciasse observavit.

Th. LXXXVI.

Quod Deus, primò, in Ægypto, Nomen Filii, & qui-  
dem Prinogeniti sui, *Israeli* tribuit. Exod. 4, 22. 23. Id prop-  
ter Parælliam Mysteriorum Fatorum Novi. T. fecisse ex  
Apoc. 2, 18. Ubi in quarta tandem Periodo Thyatirensis Eccle-  
sia, Christus D. se Titulo Filii Dei commemorat & non  
prius, evidentissimum est. Pf. 73, 15. Deut. 32, 5.

Th. LXXXVII.

TH. LXXXVII.

Appendix illa. Ego sum Jehova, Legibus divinis in libris Mosis toties subnexa; Præcepta semper aggravat, sive quoad Mercedis; sive quoad pene incrementum. Non fecus, Promissionem vel comminationem intendit. *Αὐλιτον* illud Divinum. *Αρμν.* Matt. 6, 2. 5. 16. 10. 15. 42. Eph. 6, 24.

TH. LXXXVIII.

Jehova Signo litera נ Ezech. 9, 4. fideles notando. Ju-deos convincit, Doctorum suorum illa Regula. Benedictiones incipiunt, cum נ & finiuntur cum נ quia continua serie procedunt usque ad ultimum finem, & facienda Lex ab נ ad נ ab initio ad finem ut potiuntur omnibus benedictionibus. Ps. 119, 33. 44. Apo. 2, 10. Eph. 6, 13.

TH. LXXXIX.

Apostolus, Conclusione illa. 2. Cor. 5, 10. *Ινα κομισθαι σαρκας τη Δια τη σωματος αποστεγεν ειπεν αγαπητον ειπε κακον.* intimat quod corpus sequitur conditionem anime, ut quo felicior est anima in apprehensione Communionis Dei; eo quoque felicius est Corpus quoad benedictiones illi convenientes; & contra. Rom. 8, 11.

TH. XC.

Fidelibus licere, petendo signum Deum tentare in rebus contingentibus, verbum יְהוָה Gen. 24, 12-14. idque fides insignis argumentum esse exempla. Elieferis Gedeonis. Jud. 6, 39. Jonathani. 1. Sam. 14, 8-12. & Ecclesiæ. Malac. 3, 10. Ps. 86, 17. probant.

TH. XCI.

Alæ Dan. 9, 27. שְׁמַעְיָה dicuntur in oppositione ad alas Cherubim. Exod. 25, 20. & alas Immanuelis. Esa. 8, 8. Deut. 32, 11. Ps. 91, 4. 61, 5. 57, 1. Mal. 4, 2. Matt. 24, 15. 28. Eze. 16, 8. Quatenus Ecclesia Romana, pro succursu auxilii refugium quereret, sub idolatria sanctorum Apotheosi. Deut. 7, 25. 26. Esa. 66, 3. 17. Eze. 5, 11. 10, 7. 8. Dan. 11, 31. 12, 11.

TH. XCII.

Apostolus, Phrasii illa. Heb. 12, 11. *demum autem fructum paciferum justitiae restituit illis qui per eam fuere militariter exercitati, collineat ad Triumphum Virga Aronis simili cum floribus fructu-*

*fructificantis, qua jus fidelibus, qui revera Dei essent domestici, vindicatum est. Num. 16, 5. & 17, 1-10. Illustratque sensum Promissionis. Apoc. 2, 7. Vincenti dabo edere de Ligno vita illo. Prov. 3, 18.*

TH. XCIII.

*Canon ille Casuistarum. Participat de peccato & malo, Omnis quicunque illud non disvadet; Sed multo magis, qui malum excusat; tamen omnium maxime, qui defendit, a Spiritus S. inter Prophetica corollaria Numeratur. Jer. 5, 31. 6, 13. 14. & 23, 2. Ezecl. 13, 18. 19.*

TH. XCIV.

*Lex Moralis homini concreata, respectu amoris erga proximum & creaturem, singularem restrictionem post lapsum accepit, quando quarundam Odium Deus imperavit. Gen. 3, 15. quarum discretio, naturaliter sciri nequit, sed illi solum norunt. & quidem ex Evangelio, qui ad Ecclesiam pertinent, nempe ob odium contra semen malitiae. Psal. 139, 19-22. Deut. 33, 9. Luc. 14, 20. 1. Joh. 2, 15. 16. Psal. 105, 25. Matt. 10, 35. 56. 18, 8.*

TH. XCV.

*Axiomate illo 1. Cor. 10, 23. Omnia mihi licent, sed non omnia conducent: Licitum aliquod improbatum dari, asseritur; collineaturque ad exempla Veteris Israelis, Deut. 1, 22. 23. cum consilium eorum exploratores mittendi ex infidelitate ortum Deus sua benignitate. Num. 13, 1-3. correctum approbavit; confer. Consilium insontes uxores ejiciendi, a Deo Libello repudii moderatum. Deut. 24, 1. Matt. 5, 31. 32. 19, 3 9. Et desiderium Regem petendi. 1. Sam. 8, 5-10. Hos. 12, 10. 11. Deut. 17, 14. 1. Sam. 16, 1. Lig. Regia temperatum. Quos Casus licitos, Israeli non inutiles & non conducentes tantum, sed etiam maxime noxios fuisse, sacra Historia testatur.*

TH. XCVI.

*Quod Apparatus Vestimenti Christianorum talis esse debet, qualis segregationis eorum per fidem a mundo & sanctificationis signum esse possit, Lex illa Populo Dei data. Num. 13, 39. 40. & exemplum Dei. Gen. 3, 21. 22. Praceptum Apostoli. 1. Tim. 2, 9. 10. 1. Pet. 3, 3. 4. 5. Judæ. v. 23. diferte intimat.*

TH. XCVII.

TH. XCVII.

Cum Prima mentio, Fidei, in S. S. Gen. 15, 5. occasione Solemnis Fæderis Dei cum Abrahamo initi, occurrat, ex opere Spiritus S. Conditionem Faderis Gratia a ratihabitione hominis fidei æstimandam indicare voluit. Rom. 5, 2. & Cap. 10, 2. Cor. 4, 13. Hac ratione, Heb. 3, 18, 19. Causa impossibilitatis in requiem vitæ æternæ ingrediendi tota & omnis, ex amissione deducitur.

TH. XCVIII.

S. Stephanus voce demonstrativa ut *Et nos, & ita genuit Isacum* inculcat, quod ad *fædus* Dei amicum, non jure naturæ, sed beneficio gratiæ deveniri, si quidem fæderati quoad jus non gignerentur nisi a Circumcisio & in membro genitali vim naturæ inimicam passis, quo respectu; Abraham, Ishaelem, qui non fuit filius Promissionis, præputiatus genuit, *Isacum* vero *Filium Promissionis* Circumcisus generavit, adeò vim omnem, *Naturæ* in Confæderatione gratiæ, exui. Matth. 7, 18. Joh. 6, 44. 15, 4. Rom. 8, 7. 1. Cor. 2, 14. 2. Cor. 3, 5.

TH. XCIX.

Quandoquidem *Fædus gratiæ*. Gen. 17, 21. restringatur ad *Isacum*, & tamen *Ishael* etiam circumciditur v. 23. exinde, *Sacraenta Fæderis gratiæ* nullam in urenibus, ex opere operato gratiæ *Eveseyas* præstare, evidentissimum est, 1. Pet. 3, 21. Act. 10, 47.

TH. C.

Si quidem vera *Fides*, *Promissione* Dei niti debeat, Abraham autem *Isacum* ea ratione obtulit, quia credidit Deum mortuos resuscitari posse. Heb. 11, 19. at vero mortui excitati, (nisi Adamum huc referes Gen. 2, 21 - 23.) nullum haec tenus a Deo editum fuit exemplum; patet, Abraham, mortuorum resuscitationis Promissionem, in ejusdem *Isaci* nativitate, quam ex mortui sui & *Sara* corporis, Rom. 4, 19. Joh. D 5, 19. 20

5, 19. 20. confideratione naetus erat, quassuisse & invenisse:  
quo respectu *Apostolus Christi D.* quoque resurrectionem ex Ps.  
2, 7. defumpto nativitatis verbo. Act. 13, 32 34. Vocem generatio-  
nis illustrando interpretatus est, atque, ex regenerationis  
*Fidelium Symbolo* corporum quoque eorundem resurrectio-  
nem infallibiliter concludit. Rom. 6, 3, 5. & 8, 11-17.  
Col. 3, 3. 4. 1. Joh. 3, 2.

\*\*\*\*\*  
**P**rimitiis sacris dum in primam prodis arenam,  
Nil moror: en! dignos laudoque proboque labores,  
Congestisque opibus largum superaddito Numen  
Pondus thesauri precor, & tua Vota fecundet.  
Ut possis patrium postquam remeabis in orbem  
Munus obire tuum certo cum pignore Sacrum.

Clariss. D. Defendentii tubens  
apposuit  
**GABRIEL WASS,**  
Albisino-Tranfilvanus.

---

**I**sthmum magnanimo moliris pectore Theseū?  
Hyblaōs flores carpito,  
Ambiguam Juvenis Pellaeus ritè resolvit  
Spiram: Sperando pergito.  
Hic Rhodus, hic saltus! mixtam distingvè tabellam,  
Et dignam laudem sumito,  
Contigit ut tripodem quondam dedit Unda Pelasgo:  
Ad rhombum metam tangito,  
Tantæ Virtutis specimen Comitabor honore  
Æternō, & votō debitō.

Ornatissimo D. Defendentii Euboicum  
hoc munus præbuit  
**ANDREAS HUSZTINUS,**  
Stud. Ung. Marmatiæ-Tran-  
fylvanus.

**I**nfidunt herbas examina rore madentes,  
Mellaque mox aliis distribuenda legunt,  
Sic circumspicias hortum quem mente peragras  
Parturit inde thymum, parturit inde favum,  
Unde hiascentem satagis dum opplere quafillum,  
Sit sudor faustus, dulcis & ipse labor.

*Hinc applaudere & felicem successum  
ominari voluit Respondenti Or-  
natissimo*

F. W. JABLONSKI,

---

**L**aus fateor magna est studiosa advertere mente,  
Quid foveant patulo Grammata sacra sinu;  
Cognita sed reliquo restet concedere mundo,  
Est geminæ dignum munere laudis opus.  
Partibus ambabus quâ sis defunctus Amice,  
Hæc celebris dulci pagina melle docet.

*Pauca hac Amicitia eternum dura-  
ture honorisque adjecit ergo*

JOANNES ALEX. CASSIUS,  
S. S. T. S. Polonus.

---

**U**t vertit terram curvi moderator aratri,  
Quo gravidas possit sumere ruris opes,  
Sic libros doctos studio pervolvis Amice,  
Ut Patria tamdem commoda multa feras.  
Sic sudasse juvat nulli parsisse labori,  
Perge viam laudis: munera magna manent.

*His in sincera & non fucata amici-  
tia tesseram applaudere voluit  
debet*

JOANNES SAM. TOBIANUS,  
S. S. T. S. Torunio Borussus.

D 2

**A**D summum summi pertendis culmen honoris,  
Dum cathedram scandis, dulcis Amice Madi,  
Defendensque theses varias vestigia Csuzi,  
Insequeris, nobis qui quoque gratus erat,  
Appreco ergo Tibi semper felicia quævis,  
Ut possis Patriam latus adire tuam.

Hac Doctissimo D. Defendenti in haud  
fucata amicitia tesseram adjicere  
voluit debuit

F. W. MARTINI, S. S. T.  
Stud. Marchicus.

**U**T nupsit Cœlo Tellus; ut Candida Nigris,  
Arida miscentur Liquidis, ut Frigora Flammis,  
Virgo pudica Viro; vel, quò data pharmaca morbo  
Sint valitura magis, Varias contundimus Herbas,  
Sic ego Naturam Divina jungere Chartæ  
Et Misericordia volo Veteri Novi: Sic ferus osor  
Nec Novitatis ero; nec Nuperus incola terræ.

Hac Ornatisimo D. Miscellanea sacra  
Defendenti L. M. Q. depro-  
peravit

SAM. NADUDWARIUS,  
Ungarus, Sam. Filius.

**Q**Uæ Pater in Christo (a) Sanctis per oracula fatus  
Hæc Madius Scrutans (b) præmeditatur ovans,  
Sancta placent superis, sacris Mysteria (c) Lymphis  
Collata ex Grajis, Hebraicisque suis  
Defendis Leges Fidei (d) Doctissime MADI  
Ingenii & Studii, hic lima reperta TVI.

Benedictionem insimul Ascher Deut. 33,  
24. rovens amicâ manū


PAULUS GYONGYÖSSI,  
Junior posuit.

(a) Hebr. 1. 2.

(b) Job. 5. 39.

(c) Psal. 46. 5. 36, 10.

(d) Rom. 3. 27.



3d 6020 II.

(2)

ULB Halle  
003 772 209

3



TA-706

WMA WAT





I. N. D. E. D. N. I. C.  
DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM  
**MISCELLANEARUM**  
CENTURIA Secunda,

Quam,  
CHRISTO, DOMINO, UNICO, DILECTO,  
Ecclesiam N. T. *Unicam, την Νυμφην, την Γυναικαν*  
Suam. 2. Cor. 11, 2. Eph. 5, 23, 32. Apo. 19, 7. 21, 9.  
Priscis ac Novis, reciproce, Dudaimis. Cant. 2, 5, & 7, 13. 2 Cor. 2, 14.  
*Spiritus Fidei Fructibus Stipante, Cœlesti,*

*Νυμφιω Proprio,*

Sub PRÆSIDIO

**PAULI GYÖNGYÖSSI,**

S.S. Theol. Doctoris, ejusdemque Facultatis in Academia Regia Viadrina, post Exsilium Suum, Professoris Ordinarii, Ecclesiæ Apostolicæ Antiquæ

*Anglicanæ Presbyteri,*

IN AUDITORIO MAIORI

Publice defendendam fuscipit

**JOHANNES MADI,**

Ungarus,

ad diem 6. Martii, Hora 10. A. D. MDCC XXVIII.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Typis JOH. CHRISTOPH. SCHWARTZII, Acad. Reg. Typogr.